





BX1756

.A1

A4

1702

c.1

INSTITUTIO  
CONCIONATORUM

TRIPARTITA,

SEU

PRÆCEPTA ET REGULÆ  
AD PRÆDICATORES

verbi divini informandòs:

*Cum Ideis, sive Rudimentis Concionum  
per totum annum.*

Auctore R.P.F. NATALI ALEXANDRO, in Sacra  
Facultate Parisiensi Doctore Theol. & emerito  
Professore, Ordinis FF. Prædicatòrum.

EDITIO SECUNDA

*Batavica longe auctior & correctior.*



PARISIIS,  
Apud JOANNEM ANISSON, Typographiæ  
Regiæ Præfectum.

M. D. CCII.

CUM PRIVILEGIO REGIS.

46268



260





1080046097

FONDO BIBLIOTECA  
DEL ESTADO DE NUEVO LEON

132623

B24756

AI

AI

1702

19/10/62 MICROFILMADO Folio 10-10

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEON  
CAPILLA ALFONSO BIBLIOTECA UNIVERSITARIA



REVERENDISSIMO PATRI  
ANTONINO  
CLOCHE  
DOCTORI THEOLOGO,  
ORDINIS FF. PRÆDICATORUM  
Generali Magistro.

**I**NSTITUTIONEM CON-  
CIONATORUM, *Te an-  
nuente ac favente, in lucem editu-  
rus, REVERENDISSIME PA-  
TER, id operis nemini convenien-  
tius dicandum existimavi, quàm  
Tibi totius Ordinis Prædicatorum  
summo Archimandrita ac Gene-  
rali Magistro. Id Reverendis-  
sime Paternitati tuæ debitum ob-  
servantia mea pignus; id grati ani-*

## EPISTOLA.

mi pro amore in me tuo perenne monumentum. Hac mihi tandem exoptata opportunitas palam significandi quam impense colam egregias illas virtutes, eximiaque merita, quorum gradibus ad supremam Ordinis Praefecturam ascendisti: doctrinae ornamenta, veritatis amorem, & invictam in eius defensione constantiam: Regularis observantiae studium, quam auctoritate, vigilantia, exemplo, visitationibus conservas & promoves: sacrarum litterarum cultum, quarum studia sustentas & foves: prudentiam incredibilem, qua & Ordinem moderaris, & majoribus negotiis parem esse capacissima tuae mentis intelligentiam, solertiam, industriam, providentiam, cautionem probas. Nobilem, generosumque animum tuum, vel me silente, Fratres non solum no-

## EPISTOLA.

stri, sed & extranei certatim praedicant: humanitatem singularem, morumque suavitatem omnes suscipiunt, laudant, diligunt, qua omnibus places, licet uni Deo placere studeas. Tantorum splendor meritorum, REVERENDISSIME PATER, urbis & orbis oculos in te convertit, summorum Pontificum, purpuratorum sacri Collegii Patrum, Regum ac Principum magnam existimationem, omnium amorem tibi conciliavit. Nemo omnium est qui te norunt, qui splendidioribus dignum infulis non praedicet, dum religiosa humilitate ac modestia magis emines. Defensioni catholicae veritatis, purique Dei cultus, in Religionis arce; exercitationi perpetuae virtutis, ac pietatis in sanctitatis domicilio; studiorum incremento, ac sanioris doctrinae propagationi, coram doctrina-



## EPISTOLA.

rum omnium summo & universali  
 Iudice, pervigili sollicitudine incum-  
 bis, ut maximi Cardinalis HIE-  
 RONYMI CASANATE, cujus  
 in Ecclesiam meritorum, & in Do-  
 minicanum Ordinem beneficiorum  
 memoriam nulla unquam delebit ob-  
 livio, piissimum ac munificentissi-  
 mum Testamentum exequaris. Bi-  
 bliothecam viginti mille & amplius  
 voluminibus instructam, & novis  
 deinceps libris ex annuo censu ab  
 Eminentissimo Principe relicto sem-  
 per amplificandam, in publicum u-  
 sum & commodum, in Minervio  
 magnifice adornas. Scholas aperis,  
 in quibus unus purusque sancti Tho-  
 ma textus, secundum supremam ejus  
 voluntatem, a duobus Ordinis Pro-  
 fessoribus legatur, honorifico Miner-  
 vali liberaliter donatis. Collationes  
 denique a sex Doctoribus Domini-

## EPISTOLA.

canis, variarum gentium & Aca-  
 demiarum orbis Christiani, Ro-  
 mam vocatis, & Mæcenatis Emi-  
 nentissimi nobili providentiâ, gene-  
 rosa munificentia in perpetuum tem-  
 pus sustentandis, haberi curas; ut  
 ad fidei dogmata contra emergentes  
 hæreses & errores propugnanda; ad  
 Moralem Evangelicam & Eccle-  
 siasticam Disciplinam contra novis-  
 simorum temporum deplorandas cor-  
 ruptelas vindicandam; ad Theo-  
 logia Mysticæ puritatem ab illustro-  
 nibus quibusvis defendendam, Te  
 tuisque Successoribus ducibus, sem-  
 per parati sunt; totique de Scriptu-  
 ra, de Traditione, de Angelico  
 Doctore armati. His, & aliis ne-  
 gotiis, Ordinis regimen, Ecclesia  
 utilitatem spectantibus occupatum  
 Te diutius interpellare nolim, RE-  
 VERENDISSIME PATER:

EPISTOLA.

*Satis sit mihi paternas manus humiliter exosculari; summam in te venerationem, observantiam, obedientiamque meam profiteri; orare ut litterarium istud munusculum gratum habeas; Deo supplicare ut Te vegeta senectute multos annos conservet, Ordini & Ecclesie magis magisque profuturum; illum semper ornaturum, ab ista (ut speramus & optamus) ornandum. Vale. Lutetiae Parisiorum, Kalendis Maii, anno primo seculi à Christo nato decimi septimi.*

REVERENDISS. PATERNIT. TUÆ,

Humillimus, obsequentissimisque  
filius ac servus,  
F. NATALIS ALEXANDER.

PROLOGUS.

CUM Ordo Sancti Dominici divinâ providentia ad Evangelii prædicationem sit institutus, & ab Ecclesia approbatus; sacri hujus Instituti Professore verbi divini prædicationi incumbere, aut certè Concionatores studiis suis juvare convenit. Hac ratione impulsus, *Institutionem Concionatorum* tripartitam in lucem edo. Prima pars præcepta & Regulas ad Prædicatores verbi divini informandos proponit, non à me quidem excogitatas, sed à Sanctis Patribus, Augustino præsertim, & à Sancto Carolo Borromæo traditas. Pars altera, quæ Theologiæ Dogmaticæ ac Moralis, à me nuper editæ, accommodatio est ad Conciones, idæac rudimenta Sermonum pro singulis Dominicis totius anni, & Feriis Quadragesimalibus, completitur. Tertia, Concionum argumenta pro Festis præcipuis Deiparæ Virginis & Sanctorum exhibet. Qui jam sub prælo sunt Commentarii in sanctum Evangelium Jesu Christi secundum quatuor Evangelistas, in quibus sensum litteralem & moralem seorsum expono, uberiorem sacrarum Concionum materiam Evangelicis Operariis subministrabunt. His in Operibus eloquentiam fortè desiderabunt Oratores Christiani: sed hanc illis Spar-



PROLOGUS.

S. Cyprianus  
Epist. 1. ad  
Donatum.

tham ornandam relinquo. *Exilis ingenii angusta mediocritas tenues admodum fruges parit, nullis ad copiam fecundi cespitis culmis ingravescit: aggrediatur tamen facultate, qua valeo; nam & materia dicendi facit mecum. In iudiciis, concione pro rostris, opulentiam facundia, volubili ambitione jactetur: cum vero de Domino Deo vox est; vocis pura sinceritas non eloquentiæ viribus nititur ad fidei argumenta, sed rebus. Denique accipe non diserta, sed fortia; nec ad audientiam popularis illecebram culto sermone fucata, sed ad divinam indulgentiam predicandam rudi veritate simplicia: accipe quod sentitur antequam discitur; nec per moras temporum longa agnitione colligitur, sed compendio gratiæ maturantis hauritur.*




---

*Approbatio Domini DE PRECELLES, Doctoris  
& Socii Sorbonici, Regiique librorum  
Censoris.*

**L**Egi librum cui titulus est, *Institutio Concinatorum*, in quo nihil reperi quod fidei aut bonis moribus adversetur. Datum Parisiis die 28. Aprilis 1701.

C. DE PRECELLES.

---

*Approbatio Theologorum Ordinis.*

**N**Os infra scripti in Sacra Facultate Parisiensi Doctores, & Ordinis FF. Prædicatorum Professores, legimus *Institutionem Concinatorum tripartitam*, Auctore R. P. F. Natali Alexandro; quam publica luce dignam censuimus, ut Fidei, Christianæque morum Disciplina omni ex parte consonam. Datum Parisiis in Majori Conventu & Collegio nostro S. Jacobi, die 26. Aprilis 1701.

F. JOANNES BAPTISTA PAJOT,  
Provincialis.

F. GABRIEL DESLONDÉS.





*Summa Privilegii.*

**C**Autum est auctoritate Regis, ne quis in regno suo, aliisque locis suæ ditioni subiectis, *Infringentium Concionatorum*, intra octo annos, à die publicationis horum exemplarium numerandos, absque P. Alexandri permisso imprimat aut dividat. Qui secus fecerit multâ indictâ, pro ut amplius in diplomate regio continetur, mulctabitur. Datum Parisiis die nona Maii anni Domini millesimi sexcentessimi nonagesimi septimi. Signatum, de mandato Regis,

BULTEAU.

*Descriptum in Registro Typographorum & Bibliopolarum Parisiensium die 29. Maii, an. 1699. Signatum C. BALLARD, Syndicus.*

Absolutum hoc opus prodit in lucem anno Domini millesimo septingentesimo primo, die decima quarta mensis Maii.



I N D E X,  
CAPITUM ET SERMONUM  
ARGUMENTA INDICANS.

P A R S P R I M A.

- C**ap. I. *Qui verbi Dei Predicationi destinandi* p. 1.  
Cap. II. *De scientia Concionatoris, librique ab eo legendis.* p. 5.  
Cap. III. *De materia sacra Concionis, & eloquentia.* p. 15.  
Cap. IV. *De forma concionis, & eloquentia.* p. 20.  
Cap. V. *De Concionatoris officio in instituentis Fideiibus ad sanctissimum Sacramentorum usum.* p. 29.  
Cap. VI. *De Concionatoris officio in vitis perpetuo reprehendendis, prævisque consuetudinibus à medio tollendis.* p. 33.  
Cap. VII. *De Concionatoris officio in excellendis virtutibus.* p. 36.  
Cap. VIII. *De decore in concone seroando.* p. 41.  
Cap. IX. *De Concionatoris elocutione.* p. 45.  
Cap. X. *De pronuntiatione, & corporis motu.* p. 49.  
Cap. XI. *De præparatione Concionatoris.* p. 51.  
Cap. XII. *De disciplina virtutum, & vita innocetia Concionatoris.* p. 57.

P A R S S E C U N D A.

Index Concionum pro Dominicis rotius anni, Fetiis Quadragesimalibus & Christi Domini Mysteriis.

- D**ominica I. Adventus. *De extremo iudicio.* p. 68. & seq.  
Dominica II. Adventus. *De Fide in Christum Dominum necessariâ.* p. 73. & seq.  
Eadem Dominica. *De adventu Domini. Quis venit? Ad quid venit? Quando venit?* p. 80. & seq.  
Dominica III. Adventus. *Inanis gloria, sancti Praeursori exemplo fugienda: humilitas ejus imitanda est.* p. 85. & seq.

Index Capitulorum & Sermonum

- Dominica IV. Adventus.** De vocatione Ministrorum Ecclesie, & Prædicatorum verbi Dei. Item, de baptismo. Postremo de Penitentia. Tripliciter argumentum concionis hæc una subdividitur. p. 89. & seq.
- In Nativitate Domini.** Stabulum & præseppe cum sint ubi Verbi nascitur, ut nos a morte liberet. Præseppe Cathedra est Verbi docentis, ut nos ab errore liberet. Præseppe & stabulum castra sunt ubi Triumphator Israel contra demonem pugnat, ut nos ab eius tyrannide ac servitute liberet. p. 93. & seq.
- Dominica infra Octavas Nativitatis Domini.** Quomodo Christianus sit positus in ruinam & resurrectionem multorum? Quis agendum ut Christus nobis sit in resurrectionem, & non in ruinam? p. 100. & seq.
- In Circumcisione Domini.** Sanguinis sui primitias Christus offert Patri in Circumcisione sua. Pater Aternus vocum nomen Filio suo imponit, scilicet nomen Jesu. Esse debemus homines novi ut nos ipsi Deo offeramus, novo intendente anno. Circumcisio spiritualis nos efficit homines novos. p. 106. & seq.
- In Epiphania Domini.** De vocatione gentium. Agenda sunt Deo gratia ob vocationem nostram ad Fidem. Deus in spiritu & veritate adorandus. Offerenda Christo munera. In aliam aliquam viam nos dare debemus, si verè simus captivi. p. 111. & seq.
- In eadem Solemnitate. De superstitionibus & vanis observantiis vitandis. p. 118. & seq.
- Dominica infra Octavas Epiphaniæ.** De sancta liberorum educatione, & de illorum erga parentes observantia. p. 122.
- Eadem Dominica.** Tres causæ cur amissus Jesus a querentibus non invenitur. p. 127. & seq.
- Dominica I. post Octavas Epiphaniæ.** Ut nuptiæ sanctiæ sint, ad eas vocandus est Jesus. De matrimonio contrahendo non est deliberandum sine Jesu. Ad nuptiarum solemnitatem vocandus est Jesus, ut illis benedicat. In conjugali vita societatis præfons semper Christianus conjugibus debet esse Jesus, ut sui status & vocationis officia Christiana implent. Conjugibus præfons sit Jesus, ut in pace vivant. p. 131. & seq.
- Eadem Dominica.** De spiritualibus nuptiis Animarum nostrarum cum Christo Jesu. p. 136. & seq.
- Dominica II. post Octavas Epiphaniæ.** In lepra, peccati mortalis deformitas. In lepra curatione, peccati curatio consideranda. p. 139. & seq.
- Eadem Dominica.** De officiis dominorum erga servos, & servorum erga dominos. p. 144
- Eadem Dominica.** Fides nostra debet esse simplex, humilis, adno-

Argumenta indicans.

- sa, ut Fides centurionis. p. 144.
- Dominica III. post Octavas Epiphaniæ.** De tribulationibus seu rebus adversis. Res adversæ & tribulationes sunt portæ discipulorum Christi in hac vita. In eis ad Deum confugiendum, & Christum per fidem excitandum est in cordibus nostris. p. 146. & seq.
- Dominica IV. post Octavas Epiphaniæ.** Parabola boni seminis & rixariorum explicatur. Rixania in agro Ecclesie frumento sunt admixta, boni mali permixti. Cur a Christo tolerantur usque ad consummationem sæculi? Cum Deus rixania, id est males tolere, debemus & nos tolerare, si boni seminis, si non toleramus, rixania evadimus. p. 156. & seq.
- Dominica V. post Octavas Epiphaniæ.** Parabola grani sinapis, & fermenti, explicatur. Initium & progressum Christianæ Religionis & veræ Ecclesie significat. p. 162. & seq.
- Dominica Septuagesimæ.** Vineæ & operariorum, quos ad illam colendam pater-familias conduxit, parabola explicatur. Nullam excusationem habemus, si vineam nobis à Deo commissam, id est, Animam nostram non colamus. p. 165. & seq.
- Eadem Dominica.** Vir sapiens & justus nihil inentium in se reliquit. In vinea spiritali quomodo laborandum? p. 169. & seq.
- Dominica Sexagesimæ.** Parabola seminum explicatur. Verbum Dei, semen bonum est. Corde bono & optimo excipiendum. Varia impedimenta ne semen illud ecclesie fructum afferat. p. 171. & seq.
- Dominica Quinquagesimæ.** De Coestate cordis. Quam grave malum? Ut sanetur, ad Jesum clamare & accedere necesse est. Post receptam vero lucem, illi gratias agere, & illum sequi, ut excus Evangelicis ab illo illuminatus. p. 175. & seq.
- Die Cinerum.** De cineribus & Penitentia. Cineres sunt insignia & quasi involutaria Penitentia. Cineres sunt typus & figura Penitentia. Cineres sunt motuum & incantamentum Penitentia. p. 181. & seq.
- Feria V. post Cineres.** Tria in Evangelio hujus diei admirabilia; Fides centurionis, servus paralyticus curatio; prædictio vocationis gentium ad fidem. Fides Centurionis, effectus est singularis misericordias Dei erga ipsum. Curatio servus paralyticus, effectus est omnipotentia Salvatoris, & Fidei centurionis. Vocatio Gentium ad fidem, solus gratia Dei opus est. Fides centurionis imitanda. Deo gratias agenda ob nostram ex Gentilis vocationem. p. 189. & seq.
- Feria VI. post Cineres.** De inimicorum dilectione. Ad eam tria nos movere debent. 1. Auctoritas Dei jubentis. 2. Magnitudo



Index Capitum & Sermonum

- Dominica IV. Adventus. De vocatione Ministrorum Ecclesie, & Prædicatorum verbi Dei. Item, de baptismo. Postremo de Penitentia. Tripliciter argumentum consensio hæc una subministrat. p. 89. & seq.
- In Natiuitate Domini. Stabulum & præseppe cuna sunt ubi Veritas nascitur, ut nos à morte liberet. Præseppe & stabulum castra sunt ubi Triumphator Israel contra diabolonem pugnat, ut nos ab eius tyrannide ac seruitute liberet. p. 93. & seq.
- Dominica infra Octavas Natiuitatis Domini. Quomodo Christus sit positus in ruinam & resurrectionem multorum? Quid agendum ut Christus nobis sit in resurrectionem? & non in ruinam? p. 100. & seq.
- In Circumcisione Domini. Sanguinis sui primicias Christus offert Patri in Circumcisione sua. Pater Æternus vocum nomen Filio suo imponit, scilicet nomen Jesu. Esse debemus homines ueri ut nos ipsos Deo offeramus, novo inente anno. Circumcisio spiritualis nos efficit homines ueros. p. 106. & seq.
- In Epiphania Domini. De vocatione gentium. Agenda sunt Deo gratia ob vocationem nostram ad Fidem. Deus in spiritu & caritate adorandus. Offerenda Christo munera. In adiam denique viam nos dare debemus, si uere sumus conuersi. p. 111. & seq.
- In eadem Solemnitate. De suspensionibus & uanis obseruantis uitandis. p. 118. & seq.
- Dominica infra Octavas Epiphaniæ. De sancta liberorum educatione, & de illorum erga parentes obseruantia. p. 122.
- Eadem Dominica. Tres causas cur amissus Jesus à quærentibus non inuenitur. p. 127. & seq.
- Dominica I. post Octavas Epiphaniæ. Ut nuptia sancta sunt, ad eas uocandus est Jesus. De matrimonio contrahendo non est deliberandum sine Jesu. Ad nuptiarum solemnitatem uocandus est Jesus, ut illi benedicat. In conjugio uita societate præsens semper Christiana conjugibus debet esse Jesus, ut sui status & uocationis officia Christiana implent. Conjugibus præsens sit Jesus, ut in pace uiuant. p. 131. & seq.
- Eadem Dominica. De spiritualibus uitiis Animarum nostrarum cum Christo Jesu. p. 136. & seq.
- Dominica II. post Octavas Epiphaniæ. In lepra, peccati mortalitatis deformitas. In lepra curatione, peccati curatio consideranda. p. 139. & seq.
- Eadem Dominica. De officiis dominorum erga seruos, & seruorum erga dominos. p. 144
- Eadem Dominica. Fides nostra debet esse simplex, humilis, adho-

Argumenta indicans.

- sa, ut Fides centurionis. p. 145.
- Dominica III. post Octavas Epiphaniæ. De tribulationibus suis rebus aduersis. Rei aduersa & tribulationes sunt portio discipulorum Christi in hac uita. In illis ad Deum confugiendum, & Christus per fidem existandus est in cordibus nostris. p. 146. & seq.
- Dominica IV. post Octavas Epiphaniæ. Parabola boni seminis & zizaniorum explicatur. Zizania in agro Ecclesie frumento sunt admixta, boni mali permixti. Cur à Christo tolerantur usque ad consummationem sæculi? Cum Deus zizania, id est males tolere, debemus & nos tolerare, si boni sumus: Sicut toleramus, zizania euadimus. p. 156. & seq.
- Dominica V. post Octavas Epiphaniæ. Parabola trani sinapis, & fermenti, explicantur. Initium & progressum Christianæ Religionis & uera Ecclesia significant. p. 162. & seq.
- Dominica Septuagesima. Vinea & operariorum, quas ad illam colendam pater-familias conduxit, parabola explicatur. Nullam excusationem habemus, si uicem nobis à Deo commissam, id est, Animam nostram non colamus. p. 165. & seq.
- Eadem Dominica. Vir sapiens & inscius nihil incaluit in se reliquit. In uinea spiritali quomodo laborandum? p. 169. & seq.
- Dominica Sexagesima. Parabola seminum explicatur. Verbum Dei, semen bonum est. Corde bono & optimo excipiendum. Varia impedimenta ne semen illud caleste fructum afferat. p. 171. & seq.
- Dominica Quinquagesima. De Cæcitate cordis. Quam grave malum est ut sanetur, ad Jesum clamare & accedere necesse est. Post receptam uero lucem, illi gratias agere, & illum sequi, ut cæcus Evangelicus ab illo illuminatus. p. 175. & seq.
- Die Cinerum. De cineribus & Penitentia. Cineres sunt insignia & quasi uestigia Penitentia. Cineres sunt typus & figura Penitentia. Cineres sunt materiam & incineramentum Penitentia. p. 181. & seq.
- Feria V. post Cineres. Tria in Euangelio huius diei admirabilia. Fides centurionis, serui paralyti curatio; prædicto uocationis gentium ad fidem. Fides Centurionis, effectus est singularis misericordis Dei erga ipsum. Curatio serui paralyti, effectus est omnipotentia Saluatoris, & Fides centurionis. Vocatio Gentium ad fidem, solius gratia Dei opus est. Fides centurionis imitanda. Deo gratias agenda ob nostram ex Gentibus uocationem. p. 189. & seq.
- Feria VI. post Cineres. De inimicorum dilectione. Ad eam tria nos mouere debent. 1. Auctoritas Dei iubentis. 2. Magnitudo



Index Capitum & Sermonum,

- primis. 3. Efficacia exempli. p. 193. & seq.  
 Dominica I. Quadragesimæ. De tentationibus. Si spectentur ex  
 ex parte Dei, nobis utiles sunt. Si ex parte Diaboli, omnes pe-  
 riculosa sunt. Si ex parte cordis nostri, quandoque utiles, quan-  
 doque nociva sunt, prout illis resistimus, vel consentimus.  
 p. 198 & seq.  
 Eadem Dominica. Christus nobis designat ubi pugnandum sit,  
 quando pugnandum; quibus armis, & quomodo pugnand-  
 um adversus demonem. Ubi? In solitudine. Quando? toto  
 vita tempore. Quibus armis? jejuniis & abstinentia. p. 201.  
 & seq.  
 Feria II. post Dominicam I. Quadragesimæ. De iudicio univer-  
 sali. Terribile iudicii universalis spectaculum. Qua ratione ad  
 iudicium nos preparare debeamus? p. 205. & seq.  
 Feria III. post Dominicam I. Quadragesimæ. De Templorum  
 profanatione. Quinam faciunt domum Dei speluncam latro-  
 num? p. 210. & seq.  
 Feria IV. post Dominicam I. Quadragesimæ. De penitentia  
 Nitivitarum & Christianorum comparata. p. 213. & seq.  
 Feria V. post Dominicam I. Quadragesimæ. De oratione, cuius  
 forma in Canana muliere exhibetur. Conditiones orationis ex-  
 ponuntur, quarum alie spectant orantem; alie res que in ora-  
 tione petuntur; alia modum orandi. p. 217. & seq.  
 Feria VI. post Dominicam I. Quadragesimæ. Prebatica piscina,  
 figura erat Sacramenti Penitentia, quod lacuum est nullis  
 excellentibus piscina illa veteri. Viris que discrimina. Peniten-  
 tes in piscinam illam salutarem opportuno tempore mittendi  
 sunt a conscientia Moderatorum, cum in ipsi debitas dispositio-  
 nes agnoverint ad Sacramenti virtutem, fructumque percipi-  
 endum, illi similes quas Christus posulavit in parabolico Evan-  
 gelio. p. 220. & seq.  
 Dominica II. Quadragesimæ. Christus in Transfiguratione sua  
 nobis ostendit. 1. Finem ad quem tendimus, scilicet beatitudi-  
 nem & gloriam eternam. 2. Viam qua ad beatitudinem & glo-  
 riam, pervenimus, scilicet crucem, passiones, tribulationes.  
 p. 224. & seq.  
 Eadem Dominica. De Christi Jesu magnitudine, & nostris erga  
 illum officia. Illum audire debemus ut iustitia doctorem; illi pa-  
 rere ut Domino & Legislatore; illum imitari ut exemplar, quod  
 nobis in monte monstratum est. p. 228. & seq.  
 Feria II. post Dominicam II. Quadragesimæ. De Penitentia ad  
 mortem usque non differenda: ne in summum non conscientiam  
 periculum carenti tempore ad agenda Penitentiam necessario;

Argumenta indicans.

- carendi gratia necessaria; carendi voluntate viribusque necessa-  
 riis. p. 230. & seq.  
 Feria III. post Dominicam II. Quadragesimæ. De reverentia  
 Sacerdotibus debita. Ministri sunt divina auctoritatis illos ergo  
 colere & obsequare debet. Sui interpretes & preces divina  
 veritatis; audire ergo illos docili & obedienti animo debet; do-  
 ctrinam salutis tradentes. Imagines sunt divinis sanctitatis,  
 si deum ministerio suo vivant. Sanctos igitur Sacerdotes imi-  
 tari debet; si veris vestis doceant, & male vivant (quod  
 absit) secundum opera eorum nolite facere. p. 235. & seq.  
 Feria IV. post Dominicam II. Quadragesimæ. De ambitione  
 fugienda, cuius mater ignorantia; comæ presumpcio; filia,  
 ceterorum hominum contentus, amulatio, invidia: ut in fi-  
 lio. Zebodai, & illorum matre cadere est. Una dignitas Chris-  
 tiani desiderio digna, dignitas est filiorum Dei: una gloria par  
 ejus votis, gloria eterna. p. 239. & seq.  
 Feria V. post Dominicam II. Quadragesimæ. Aeterna saluti ad-  
 modum periculosa est condicio dicitur. 1. Ob superbiam, quâ  
 ut plurimum effernitur. 2. Ob voluptates & delicia, quibus  
 indulgent. 3. Ob dardem cordis in pauperes immiseritudo. Id  
 in Divite epulone ostenditur. p. 242. & seq.  
 Feria VI. post Dominicam II. Quadragesimæ. De Panis dani-  
 natorum. Reprobi à Deo per vim & necessarij separabuntur,  
 quia sponte ab illo in hac vita recesserunt. Allegabuntur creatu-  
 ra cruciant, quia creatura delectabilibus in hac vita adhosce-  
 runt. Nunquam creabant supplicio, quia nunquam voluerunt  
 carere peccato. p. 247. & seq.  
 Dominica III. Quadragesimæ. De bono & malo usu lingue. Qu-  
 dam tacet cum loquendum est, illi scilicet qui peccata sua non  
 confitentur, quorum corda possidet demonum nuntium. Qu-  
 dam aliter loquuntur quàm loquendum est, ut blasphemii ac  
 maledici, qui iudici imitantur de Christo dicentes, in Beel-  
 sebuli principe demoniorum eiecit demonia. Quidam loquuntur  
 ut loquendum est, qui scilicet lingua sua utuntur ad laudem  
 Dei, & edificationem proximi, ut p. mulier quæ vocem de  
 medio turbarum extollit in Christi Jesu laudam. p. 251. & seq.  
 Eadem Dominica. De frequenti in eadem peccata prolapsione.  
 p. 255.  
 Feria II. post Dominicam III. Quadragesimæ. De invidia.  
 Morbi illius gravitas maxima; cura difficilis. Remedia;  
 p. 256. & seq.  
 Feria III. post Dominicam III. Quadragesimæ. De correctione  
 fratrum. Fratrum correctionis officium imperat caritas; diriget

Index Capitulorum & Sermonum;

- ve debet prudentia cum mansuetudine coniuncta: suscipere debet correptionem medicamentum docilis humilitas. p. 266 & seq.
- Feria VI. post Dominicam III. Quadragesimæ. De Lege Dei. Nullam excusationem proferre possunt, qui Legem & mandata Dei transgrediuntur: siquidem Mandatorum Dei observantiam suadet: 1. Auctoritas & beneficentia Dei, Christianique iudicis. 2. Facilitas illa adimplendi. 3. Felicitas æterna, in qua illi observant, promissa. p. 266. & seq.
- Feria VI. post Dominicam III. Quadragesimæ. De dono Dei mulieri Samaritanae revelato & collato. Gratia domini Dei meriti gratum est: assidue ergo petenda est à Deo in oratione. Gratia voluntatem nostram suaviter allicit, movet, ac regit: ipsi ergo fideliter cooperandum est. Gratia efficacissimè & invidiosissimè in nobis & nobiscum operatur omne bonum. Ad illam ergo humiliter referendum est quicquid boni agimus. p. 269. & seq.
- Dominica IV. Quadragesimæ. De preparatione ac dispositionibus ad sacram Eucharistia communionem, miraculo multiplicationis quinque panium à Christo Domino significata. p. 275. & seq.
- Eadem Dominica. De honorum fuga. Evangelium & Christi gratia docent: 1. Generosius contempni honores & dignitates terrenas, quam desiderari & quærì. 2. Utilem recusari plerumque quam acceptari. 3. Gloriosius esse illas promoveri quam possidere. p. 279. & seq.
- Feria II. post Dominicam IV. Quadragesimæ. Templi nostri major debet reverentia, quam Templo Hierosolymitano. Ad templum igitur Dei cultui consecrata advenit, austerè inmoderantem & scandalum per honestum & modestum habitum ac solum corporis. 1. Austerè evagationes & distractiones per attentionem mentis. 2. Austerè peccatum, aut certe officium peccati, per virtutem penitentis & contritionem cordis. Austerè ista hinc &c. p. 282. & seq.
- Feria IV. post Dominicam IV. Quadragesimæ. De cæco nato. In cæcitate cordis tria consideranda. 1. Hominis spiritaliter cæci calamitas, ut timeatur. 2. Spiritualem cæcitate causæ, ut caventur. 3. Remedia, ut querantur & possulentur. p. 285. & seq.
- Feria V. post Dominicam IV. Quadragesimæ. Dolori modus adhibendus est in morte propinquo rum & amorum. Mors enim pro vita æterna hominibus Christianis in hoc mundo peregrinantibus optanda est. 1. Quia hominibus suis est miserarum & calamitatum. 2. Quia Christianis suis est peccatorum. 3. Quia peregrinus suis est peregrinationis, & emigratio ad celestem patriam. p. 292. & seq.

Argumenta indicans.

- Feria VI. post Dominicam IV. Quadragesimæ. Peccatoris proci habitus & distorta consuetudine peccati implicati miseræ status est, quam Lazari morti quadragesimæ & fœtuit. Peccatoris huiusmodi mirabiliter conversio, quam respicitur Lazarus. p. 296. & seq.
- Dominica in Passione. De maledicentia seu detractione. Qui proximi fama detraxerunt, veri demonum habent, eorum lingua à diabolo moventur, equo servunt ad peccati propagationem. Qui calumniam patiuntur, & quorum fama detractur, patientiam & mansuetudinem Christi Jesu debent imitari. p. 301. & seq.
- Eadem Dominica. Sancti esse debemus corde, per intentionis puritatem: orè, per sermone veritatem: opere, per vitam omnimodam integritatem. Ut opere sancti simus, vita nostra conformanda est vite Christi. Ut sermone sancti simus, sermones nostri conformandi sunt sermonibus Christi. Ut corde sancti simus, intentio nostra conformanda est intentioni Christi. p. 304. & seq.
- Eadem Dominica. Quod eo de legitur Evangelium, docet: 1. Quod à Christo Jesu credere. 2. Quod in Christo Jesu vitam debemus. p. 307. & seq.
- Feria II. post Dominicam V. Quadragesimæ. De peccatoris desertione. Nihil utilius est & efficacius ad gratiam obtinendam, conservandam, recuperandam, quam timere: 1. Ne actualis gratis auxilium fideliter non cooperemur. 2. Ne à gratia sanctificantis excidamus. 3. Ne gratiam semel amissam non recuperemus. p. 311. & seq.
- Feria IV. post Dominicam V. Quadragesimæ. De prædicatione sanctorum. Prædicationis sanctorum ad gratiam & gloriam ex misericordia gratuita est: nihil igitur nobis tribuere debemus in negotio salutis nostre, sed totum à Deo sperare. Deus vitam æternam sanctis suis dat in tempore propter bona eorum opera: igitur bonis operibus perseveranter vacare debemus. Certissima est prædicationis, nec debere poteri: & nihilominus inire debemus ne ex otium Christi numerum non sumus. p. 315. & seq.
- Feria V. post Dominicam V. Quadragesimæ. De muliere peccatrice. Profanus & impudicus amor Deo gravissimum inferi injuriam. 1. Mala gravissima inferi homini. 2. Contra tum periculosum hostem foriter pugnandum: ab ipse insidias sollicito cavendum est. p. 320. & seq.
